

Jorius.

clari Jovius Monach. lib. 9. de Verbo Incarnato cap. 4. Ad hoc vero, ait, cum nos lapsi sumus, nulum reliquum fuit exemplar, quod eandem naturam integram retineret. At lapsis demonibus innumerabiles nihilominus inco porcorum acies invariata consistunt, que & divina ordinationis exemplum, & nunquam flexa reititudinis specimen exhiberent. Quapropter qui omnia sapienter prouidet, cum jam natura humana prolapsa esset, non hanc solum ex infinita sui in homines amoris vi adsumit, sed per eam quoque hominibus, qui eiusdem nature essent, correptionem, incorreptionem, & alia ista innumerabilia dona largitur, cum demonis tamen genus adsumere, neque iustum, neque utile esse, iudicet.

QUESTIO XIII.

Quomodo a fructu cognoscende sint arbores, cum multe sint, que nullum producant?

71. Valde deterrius, quod abliquo fructu in oisitate est.

72. Genes. 1. Cajetan.

Aridum, ac penè mortuum quod est sine fructu.

Athanas.

73. Basil. Prov. 10. Rabbini. Hebr.

Salazar. Oisitas no- civa.

Chrysof.

epist. 1. ad Corinth. Nemo, ait, erubescat ex his, qui sunt artifices: sed hi, qui nihil agentes aluntur, & sunt otiosi, qui multis utuntur ministris: perpetua enim opus facientem inde ali genus est Philosophia: eorum sunt anime puriores, eorum mentes robustiores, ac firmiores. Nam qui est otiosus, multa temere loquitur, & multa agit temere, & toto die nihil operatur corpore, & veterno mentem repletam habens.

Matth. 7. n. 21. Non omnis, qui dicit mihi Domine, Domine introibit in regnum celorum, sed qui facit voluntatem Patris mei, qui in celis est, ipse intrabit in regnum celorum.

Ibid. num. 22. Multi dicent mihi in illa die: Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus, & in nomine tuo demonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus.

VERSIONES.

Syriacus. Non quisquis dicit mihi Domine mi, Domine mi, intraturus est.

S. Iustin. Martir. Sed qui Patris mei, qui in celis est, voluntati obtemperat.

S. Hippolytus. Qui dicit: Domine, sal. Martir. orat. vabitur. de consummatione mundi.

Vatablus. n. 22. Domine, Domine, nonne nomine tuo prophetavimus?

Arias. In nomine tuo efficientias multas fecimus.

Gracus. In nomine tuo potentias multas fecimus.

Casarius. V. C. Domine num tuo nomine prodigia fecimus.

ALTER TEXTUS.

Luca, 6. n. 46. Quid autem vocatis me: Domine, Domine, & non facitis, que dico.

EXPOSITIO.

SUNT, qui hæc Christi verba ad omnes auditores dicta referant. Hieron. Sed accommodatiùs, D. Hierony. Hil. mus, D. Hilarius, Imperfectus ho. Imperfect. mil. 19. D. August. lib. 2. de sermone Dom. August. in monte. D. Paschasius lib. 4. Hugo, & alij Hugo. falios

Chrysof. S. Thom. Abulens.

Hieron. Paschas. Euthym. Theophyl. Cajetan.

Hilar. Glosf.

Non nom'is invocatio sed operis obedientia saluat.

75.

August. Illa dies cur dicatur dies iudicii. Abulens.

76.

Munera publica suam habent auctoritatem.

Luc. 10.

1 Corinth. 13. Probatio virtutis nra est signa facere, sed proximum diligere. Gregot.

falsos prophetas subintelligunt, de quibus erat præsens sermo, qui quamvis nomen Domini habeant in ore; operibus autem negant. Ac proinde tanquam quædam arbores veluti habent speciosa verborum folia; operum autem fructibus carent. Non omnis, qui dicit mihi, Domine, Domine. Ponitur ista repetitio ex parte hominum clamantium, quam explicant D. Chrysofomus, S. Thomas, Abulensis, quæ propria est timendum, ac angustias patientium, ac proinde ob timorem multiplicat voces. Accommodatiùs explanandum est cum S. Hieronymo, D. Paschasio, Euthymio, Theophylacto, Cajetano, quod illa geminatio vocis signi ficut quandam frequentem invocationem nominis Domini, ac si dicat: Non omnis, qui me, ut Deum, ac Dominum credit, & invocat, ac frequenter habet in ore intrabit in regnum celorum: sed ille, qui facit voluntatem Patris mei, hoc est, ejus præcepta servat, & adimplet. Nam, ut ait D. Hilarius hic Regnum celorum sola verborum officia non obtinent. Et Glosfa. Ier regni Dei est obedientia, & non nominis nuncupatio. Et dum Christus ait voluntatem Patris, consequenter & suam intelligit, cum eadem sit voluntas Patris, & Filij. Et potius dicit voluntatem Patris, quam meam, modestiæ causa. Theophylactus, Non dixit, ait, voluntatem meam, ne offenderet auditores, sed Patris mei.

Multi dicent mihi. Ad confirmationem ejus, quod antea dixerat, quod quamvis multi credant, cum tamen non habeant opera, non admittuntur ad regnum. Multi dicent, vel voce, vel cogitatione, ut vult D. Augustinus lib. de civitate Dei, cap. 14. in illa die, scilicet extremi iudicii; Et per excellentiam dicitur illa dies, cum post eam dies alia futura non sit, ut ait Abulensis; tum quia erit terribilior omni die, cum in eo cunctorum opera, & consilia cordium sicut manifesta, quæ toto tempore antecedenti facta fuerint; & unusquisque, prout gessit, recipiet. Et hoc autem ostendit Christus, se iudicem esse futurum, dum subdit: Multi dicent mihi, nam si ipse non haberet potestatem absolvendi, & condemnandi frustra hæc ad illum dicerentur.

Domine, Domine. Repetitio magnam vehementiam indicat. In nomine tuo, seu, ut alij habent, nomine tuo, hoc est, lumine tuo, seu potentia tua, prophetavimus, id est, futura prædiximus, & ex tua commissione verè prædicavimus. Demoniam eiecimus. Habent munera publica, legitime collata, suam auctoritatem, & efficientiam, etiam si boni non sint, qui hujusmodi ministeriis funguntur. Unde dicebat Dominus, Luc. 10. n. 20. In hoc nolite gaudere, quia spiritus vobis subiungitur: gaudete autem, quod nomina vestra scripta sunt in celis. Et prosequitur textus. Virtutes multas fecimus, id est, multa miracula, quæ divinam virtutem testantur, 1. Corinth. 13. num. 2. Si habuerit prophetiam, & novèrunt mysteria omnia, & omnem scientiam: & si habuerit omnem fidem, ita ut montes transferat, charitatem autem non habuerit, nihil sum. Unde ait Divus Gregorius lib. 20. Moral. cap. 8. Probatio sanctitatis non est, signa facere, sed proximum, ut se, diligere: de Deo veras, de proximo meliora, quam de se, sentire.

QUESTIO XIV.

Quomodo isti invocent nomen Domini, ut regnum celorum non consequantur?

EX duplici capite nascitur difficultas hujus questionis. Primum, quia, ut ait Apostolus 1. Corinth. 12. num. 3. Nemo potest dicere Dominus Jesus, nisi in Spiritu sancto. Qui autem habent Spiritum sanctum, vitam æternam habent. Respondetur ad difficultatem; quod nemo potest dicere, Dominus J. sus, ut oportet, ad salutem nisi in Spiritu sancto. Et ita ait D. Augustinus præ dicitur, lib. 2. de serm. Dom. cap. 1. quod Apostolus accipit dicere, proprie, prout mente, verbo, & opere aliquid dicitur. Et tunc, qui dicit Dominum Jesum, per Spiritum sanctum dicit, Christus Dominus autem accipit hic, dicere, largè prout est dicere ore; non autem corde, & opere. D. his ait Apostolus, ad Tir. 1. num. 6. Consequitur, se nosse Deum, falsis autem negant. Secundò respondet Abulens, quæst. 3. 1. Nemo potest dicere, Dominus J. sus, nisi in Spiritu sancto, quia etsi quis pessimus sit, in quantum bonum aliquid facit, à Deo movetur; & quia Christum vocare Dominum, est in se bonum quoddam; nemo potest hoc dicere, nisi Deus moveat ipsum. Et tamen non propter hoc oportet, quod sit bonus; quia non efficitur homo bonus, nisi per gratiam, potest tamen sine gratia sanctificari moveri ad aliquod bonum dicentium; imò & ad illud prononciandum cogi a Deo, sicut fuit Balaam, Numer. 24. Et ita potest homo malus moveri à Deo ad dicendum bonum; tamen non potest aliquis vitam æternam habere, nisi gratiam habeat. Ideo multi possunt dicere, Domine, Domine, qui non intrent in regnum celorum.

Tertio, Joël. num. 32. Omnis quicumque invocaverit nomen Domini, salvus erit. Quomodo isti invocant, & salutem non consequuntur? Respondet Glosfa cum Alberto Magno, quod perfecta invocatio confurgit ex tribus: ex fide cordis, ex confessione oris, & operis attestacione. & tunc perfecta est invocatio, aliter est mendax. Psal. 77. num. 36. Dilexerunt eum in ore suo, & lingua sua mentiti sunt ei, cor autem eorum non erat rectum cum eo, nec fideles habuit sunt in testamento ejus, Psal. 29. n. 13. Populus iste labijs suis glorificat me, cor autem ejus longè est à me. Jerem. 12. n. 2. Propter es tibi ori eorum, & longè à renibus eorum.

QUESTIO XV.

Quare iniquis concedatur Virtus ad multa mirabilia perpetranda?

NUMEROS multa mirabilia operasse legitimus: nam Saul, & Balaam, & Caiaphas prophetaverunt, ne scientes, quid dicerent, Pharao, & Nabuchodotos somniis futura cognoscant. In Actibus Apostolorum 19. n. 14. filij Scevæ videbantur eiecere demonia. Sed & Judas Apostolus cum animo proditoris multa signa

Hieron. Paschal. Euthym. 80. In confirmacione erroris non fit miraculum.

inter ceteros Apostolos fecisse narratur, ut ponderant D. Hieron. S. Paschasius, Euthym. & alij. Certum est, quod nunquam ullum verum miraculum factum fuerit, nec potest fieri in confirmacione erroris, vel falsitatis. Ratio a priori est. Nam miraculum est quedam operatio particularis, ac singularis solius Dei: quare, si Deus exaudiret doctorem invocantem se pro miraculo ad falsiendum suum errorem, videretur illi cooperari, & errori attestari, quod est omnino impossibile, cum ipse sit prima veritas, quae nec falli, nec fallere potest. Unde quando falsi magistri, verbi gratia, Antichristus fecerit aliquod prodigium, hoc non erit verum miraculum, sed phantasticum, vel arte demonis ex applicatione causarum naturalium, ut docent 2. ad Thessalon. 2. D. Chrysof. D. Ambros. S. Remig. D. Thom. de quo Suarez tom. 2. ad 3. p. disp. 54. sect. 4. §. quarto & ultimo. Quærimus ergo: Cur Deus concedit malis ministris virtutem ad faciendâ hujusmodi miracula?

Chrysof. Ambros. Remig. D. Thom. Suarez.

81. Hieron. Abulens.

Respondent primò D. Hieronymus, & Abulensis quæst. 33. & 34. quod aliquando iniqui virtute divina faciunt miracula, demonia ejiciunt, quia interdum non ejus est meriti, qui operatur; sed vel invocatio nominis Christi hoc agit, vel interdum fit propter fidem ejus, in quo miraculum perpetratur: vel propter fidem eorum, qui eum repræsentant; vel etiam ob condemnationem ipsorum, qui nomen Christi invocant, qui cum essent tantis donis insigniti, damnati sunt. Secundo D. Paschasius lib. 4. in Matth. Hac ideo ait, per eos, licet reprobi sint, potestate divina sumi, ut discant fideles Christi, virtutes operari, non magno opere studere, sed Christum in omnibus imitari, charitatemque ejus sectari. Vult Deus, ut etiam isti iniqui ministri, hujusmodi miracula perpetrarent, ut inde erudiantur fideles, ut potius incumbant ad Christi virtutem obtinendam, quam ad hujusmodi potestatem assequendam. Non potestate illa insigniti multi damnati sunt: virtutem autem Christi amplexantes, imitatorisque illius omnes sunt salvati. Dicebat Dominus, Luc. 10. n. 20. In hoc nolite gaudere, quia nomina vestra scripta sunt in libro vite. Tertio, ut ait Albert. Mag. illa conceditur fieri ob honorem ipsius dignitatis, verbi gratia, quia Judas inter Apostolos erat conscriptus. Sic Caiphas prophetavit, quia erat Pontifex anni illius.

Paschal.

Pluris estimanda virtus, quam potestas.

Luc. 9.

Alb. Mag.

82. An hic sit sermo de veris, vel falsis miraculis.

Chrysof. Imperfect.

83.

Ex his patet resolutio illius quæstionis, An isti loquantur de veris, vel falsis miraculis? Ad quam respondemus, de veris miraculis hic esse sermonem: ostendit enim Christus Dominus, nec prophetiam, nec miracula absque bonis operibus ad consequendum regnum cælorum conducere nullam potestatem, nullaque dignitate insignitus, rectis operibus ad regnum habet ingressum. Quidam, ut refert D. Chrysofostomus homil. 25. opinantur, illos mentiri, ista dicendo. Quibus favet Imperfectus homil. 19. Sed de veris miraculis esse sermonem, jam dixi, quia hoc maxime conducit ad intentum, quod nempe tali potestate damnantur.

Sed moraliter in illa sententia Imperfecti. Quomodo isti prævaricatores, se dicunt miracula fecisse ob reverentiam divini nominis, cum ejus majestatem, & excellentiam ignoraverint, ac contempserint. Quomodo audent in illa celebri

judicij die coram perspicacissimo iudice, qui etiam minimas cordium cogitationes manifestas in prompta habet, tam deserere mentiri, ac falsa proferre? Tanta est hominis mendacitatis assuetudo, ac prævaricatio, ut etiam post mortem in extremo judicio coram Domino, omnium agnitorum, nesciat à mendacitatis abstinerere, sed falsa permiscet, & Deum fallere intentat. Imperfectus homil. 19. Propositio mendax, nunquam desinit esse mendax, neque post mortem: nam mors quidem animam à carne sperat, anima autem propositum non immutat. Vis scire? Considera eos etiam post mortem mentientes: Domine, in nomine tuo hoc & hoc fecimus. Nunquid nesciebant ipsi apud se, quia nunquam nec dilexerant Christum, nec fecerant voluntatem ejus? Sed putant, se sicut in hoc seculo homines deceperant, sic & ibi Deum fallere posse. Et ideo non dixit, qui operati estis iniquitatem, sed, qui operamini.

Giezi cupiditate possidendi aliquod ex his, quæ Naaman obtulerat Elisæ; occidit post eum, & ex Elisæ parte mendosè fingens petit ab eo duo vestimenta, quæ Naaman libenti animo dedit, insuper & duo talenta argentea. Reponens illa in domo sua, ingressus stetit coram domino suo, qui cum ab eo quæsitisset, unde veniret, respondit: Non viit seruus tuus quoquam. 4. Reg. 5. num. 25. Giezi ex tam diuturna Elisæ conversatione, ac sodalitate optime agnoverat, ipsum esse magnam Prophetam, futura, & absentia scire, & penetrare. Quomodo non veretur coram tanto viro mendacia dicere? Giezi mendacitatis detentus versabatur; nam falsò vestes petit ab Naaman, ex Elisæ mandato, & mendax ita fit inverecundus, & audax, ut etiam coram oculatissimo Propheta, a quo Vidente non recuset, veritatem abscondere, fallacias texere, & mendacia dicere. Carthusianus, Concupiscentia vitæ putavit, se posse tantum latere, atque decipere vatem.

Matth. 7. n. 23. Et tunc confitebor illis quia nunquam novi vos; discedite à me, qui operamini iniquitatem.

VERSIONES.

Syriacus. Tunc autem profiteber eis. Vatabl. ex Hebræo. Apertè dicam. Chrysof. in Imperfect. homil. 19. Tunc jurabo illis, nunquam. Arias. Abscedite à me omnes operantes iniquitatem. Sedul. in cap. 8. ad Rom. Nunquam cognovi vos operarij iniquitatis.

EXPOSITIO.

U N C; in illa die universali. Confitebor. Hoc est, coram patre inco palam dicam; nam modò dissimulat, ut patientia sua nos ad penitentiam adducat. Et, ut notat D. Hieronymus, falsæ confessioni iniquorum Prophetarum

84.

4. Reg. 5.

Mendax etiam coram vidente, à mendacitatis non desistit.

Carthus.

Imperfect.

Cajetan.

2. Timoth. 2.

Hugo.

D. August.

86.

Alb. Mag.

87.

Chrysof.

Mendax semper præsumit alios esse mendaces.

phetarum opponit Dominus suam veram confessionem, quæ asseverat, eos non agnosceret. Imperfectus verò homil. 19. habet: Jurabo eis, quod idem valet, ac si dicat, Amen, amen dico vobis: quod ponitur ad majorem expressionem testificationis. Quia nunquam novi vos. Rationem reddit hujus testificationis, nunquam novi. Bene Cajetan, ita explicat: Etiam, cum prophetandi munere fungeremini, & cum signa, & prodigia ederitis, adhuc tunc nunquam vos cognovi, ut meos electos, & prædestinatos. Noverat eos Dominus tanquam ministros suæ Ecclesiæ, & ea de causa per eos miracula fuerat operatus; non noverat autem eos tanquam ordinatos, & electos ad regnum, 2. Timoth. 2. num. 19. Cognovi Dominus, qui sunt ejus, & discedat ab iniquitate omnis, qui nominat non nomen Domini. Et bene dicitur, non cognovi; nam, ut ait Hugo, tunc aliquis non cognoscitur ab alio, quando ab eo longè distat; iniquus ob suam malitiam longè distat à Deo; ideo ab eo non cognoscitur. Hæc autem vox, non cognovi, non est ignorantie, sed rejectionis, D. August. serm. 23. de verbis Domini. sic ait: Qui novit omnia, quid est ergo. Non novi vos? Improbo vos, & reprobo vos. Hoc est autem magnum, & nescit vitia, & judicat vitia: nescit faciendo, judicat arguendo. D. sic dicit à me, seu, ut alij habent, procul abscedite à me, id est, ut explicat Albertus Magnus, separamini à me, & gaudiis visionis beatæ. Qui operamini iniquitatem, id est, operantes iniquitatem. Frequenter Hebræi utuntur formaliter participiis pro nominibus, ut dicam infideli. Et hic innuitur ratio, ob quam nunquam noverit eos, quia iniquitati dediti erant, & à voluntate sui Patris recesserant.

QUÆSTIO XVI.

Quare Christus Dominus hic interponat juramentum?

IN X lectione Chrysof. in Imperfecto homil. 19. ut jam dixi, habetur pro confitebor illis, Tunc jurabo illis, quia nunquam novi vos. Quod dicitur ab majorem expressionem, & asseverationem veritatis. Et idem valet, ac Amen amen dico vobis. Tamen moraliter D. Chrysofostomus citato loco homil. 19. in Imperfecto, pulchram hujus rei excogitavit rationem, dicens: Jurat autem Christus, non ut suam veritatem commendet, sed ut illorum incredulitatem condemnet. Non enim, si non juraverit Christus, mentitur; sed ut illi amplius confundatur firmiori responso. Quoniam quia mendax, neminem putat dicere veritatem, neque ipsum Deum. Ad quid Deus, cum sit prima veritas, suis discipulis adhibet juramentum? Nōne sufficiebat simplex Domini verbum? Quando enim ipse cum suis electis loquitur, & eos vocat ad regnum: Venite, possidete vobis paratum regnum ab origine mundi, nullo interposito juramento, sed simplicibus verbis hoc dicit. Ad quid ergo hic juramentum? Loquitur Dominus cum impiis prophetis, mendacio, ac fallitati deditis; & tanta est hominum mendacium impudica nequitia, ut à nemine, nec etiam ab ipso Salvatore præsumant, posse verum proferri. Qui mendax, neminem putat, dicere veri-

tatem, neque ipsum Deum. Et ideo ad eorum impiam opinionem profligendam, juramentum interponit.

Dum Pharao maxime esset vexatus plagis illatis à Moyle, obsecrabat, ut pro ipso Dominum exoraret, & promittebat, se dimissurum Populum ad sacrificium. Ita fecit, quando premebatur multitudine muscarum, Exod. 8. num. 28. & quando grandine mixta igne cuncta peribant, Exod. 9. num. 28. & quando locustæ omnia vastabant, Exod. 10. num. 17. Et tamen postea liberatus à plagis Populum retinebat; & veniebat Moyses multa gravissima mala denuntians; quibus ipsa parvi facti Populum dimittere nolebat. Ingrediebatur Moyses, dicens: Hæc dicit Dominus Deus Hebræorum: Dimittite populum meum, ut sacrificet mihi; quod si renuis, & retinueris eos, ecce manus mea erit super agros tuos, equos, & camelos, Exod. 9. num. 2. & 10. num. 2. Tamen Pharao, illa contemnens, Populum à sua servitute eximi nolebat. Si, dum plaga sævit, à Moyle obsecras, ut oret, ad eam auferendam, quomodo comminationes tot malorum non times, ac formidas, sed impudica obstinatione obduratus persistis à Pharao, cum esset omni mendacio, ac fallacia imbutus, etiam contra id, quod videbat, & experiebatur, non poterat sibi persuadere, à Moyle verum dici, sed existimabat, illas comminationes fallacia interpositas. Lucas Tudenis Episcopus lib. 3. contra errores Albigen. Rex ille, scilicet Pharaon. Diaboli membrum, ut in se vaeret, in veitate non stetit, in dolo loquitur, mendacia promittet, & cuncta falsa credit.

88.

Exod. 9.

Mendax cogit, alios non dicere verum.

Tuden.

QUÆSTIO XVII.

Quare in hoc tempore dicat Dominus quod eos non cognoscat?

H UJUS rei planus est sensus. Non Deus, qui numerat multitudinem stellarum, & penetrat hominum corda, ac cogitationes; istorum in quorum omnia aperte inuenerit, & comprehendit. Dicitur tamen eos non cognoscere, cum damnat, & rejicit à se. ac proinde non cognoscit eos tanquam electos, & prædestinatos. Quæ est frequens phrasîs Scripturæ, ut Matth. 25. num. 21. Nescio vos. Sicut è contra Deus dicitur agnoscere, quos custodit, & quibus beneficit. Et ita de Israël dicitur Osee 13. n. 12. Ego cognovi te in deserto. Legit D. Hieronymus, Pavi te in deserto. Chaldæus Ego tribui Chaldæis vobis necessaria in deserto. Quos tantis beneficiis afficiebat, dicitur cognoscere: sicut nescire, quos damnat, ut ponderat D. Paschal. lib. 4. in Matth. Paschal. Non esse Dei, inquit, magis figura è accipitur, non novit autem eos, quos perimit, & damnat.

89.

Matth. 25.

Osee 13.

90.

Index ab omni per con-

sum affectu sit alienus.